

babiliter à Bachovio disputatione, verior tamen mihi videatur sententia Cujaci, Buffi, in d. l. 7. Donili in d. l. 16. 40. & in l. 13. C. de pāt. qui etiam stipulationem hinc removent. Neque enim frustra est, quod ubi pro regula traditur, pacta in continentia facta ex parte actoris inesse, nominatum additur in bona fidei judicis, d. l. 7. §. quinimum. 5. d. l. 13. de pāt. Quorum enim hac adjectio in bona fidei judicis, nisi ut intelligamus, in stricti iudicis non idem esse est? Sic eum dicunt, in bona fidei contractibus ueras ex mera debet, l. mor. 32. §. 2. de usor significatur, debet in bona fidei, non in stricti juris judicis, l. 3. C. de usor. Similiter cum diciatur, exceptiones inesse bona fidei judicis, l. 3. de res. vend. hoc dici intelligimus, in his tolum inesse, non etiam in stricti iudicis; nam in strictis non veniunt exceptions, nisi nominatum constat, l. 9. l. ult. C. de except. Et certè ineptus est ut supervacuum, de bone fidei judicis nominatum addere, si pacta in continentia facta pariter inesse omnibus contractibus, quibus subiecuntur. Nec ullum in libris nostris locum reperio, quo probari possit, pacta stipulationi appositum actionem parere, aut legem stipulatione dationem ex stipulatio formare, ita stipulatione inesse ad id, quod pacto comprehensum est, ex stipulatio agi, postea pactum augere, informare, extendere verborum obligationem. Paulus autem in d. l. 16. 40. cùm pactum subiectum stipulatione nescit, non significat, id actionem parere, cùm in calu illuc proposito non id pacto agatur, ut quid detur, quod prius dari non debuit; sed ut de eo, quod datum oportuit, aliquid remittatur; quale pactum ex parte creditoris valere ad agendum natura sua non potest. Alius mutuum hinc removendum putant, quorum sententiam latè tueor Goëdd, de cons. stipul. c. 8. conc. 2. Non sulus haec exequimur in eo, quem modo dicebamus, tractare de pactis, c. 9. §. 2. seqq. VNN. Sed rem tamen clarissimum patet, si leges conferas. Haec distinguunt, utrum in continentia adjiciatur pactum contractui stricti juris, an ex intervallo, itemque, addante obligationem, an deret. Si in continentia adjiciunt obligationem contractui, ineficit contractus ex parte rei, ut plus ab eo peti nequeat, e. g. si decem dedi, & novem debitas, non nisi novem debitus l. 11. §. 1. ff. de reb. cred. Sin in continentia adjiciunt addit obligationi, tunc non ineficit ex parte actoris, nec actionem paris; e. g. si decem deam, ut viginti debeantur, tunc non nisi decem debeantur, l. 17. ff. de pāt. Pacta ex intervallo adjecta five addant, live detrahant obligationem, non inuent contractui stricti juris, non ipso jure tollant obligationem quamvis exceptionem producant. Conf. V. C. Gre. Nood. de pāt. & translat. cap. 12. Hisin. Conventione non nuda five vestita est, que puri placiti fines egreditur; quod ex duabus notis cognoscitur, si proprium nomen fortia est, vel si praefer conventionem alia obligandi causa substat, id est, si negotium civile gestum sit, d. l. 7. §. 2.

tiam contractus in eo non consistere, ut ultra circu troque oblige, sed non minus propriè si unus tantum alter, quam si invicem contrahentes inter se ex conventione obligent, contractum dicti obligationem, & negotium ipsum appellari & effici contractum: id quod fatis offendit venus & recepta contractum divisio, hoc text. et in l. 1. eod. proposta, item in l. 1. §. pen. de pāt. Apparet 10 autem ex disputatione Ulpiani, in d. l. 7. §. 1. 2. de pāt. unde nostra contractus definitio sumpta est, neque pacta legitima, neque ea, quae contractus adiunguntur, contractus esse, aut cum contractibus confundenda, sed esse & manere pacta nuda: quavis enim communem viam obligandi cum contractibus habeant: tamen neque in proprium nomen tranfunt, nec caufam, cur dare aut facere debeat, ullam habent præter conventionem; ut si per se specentur illa fine ad minucia legis, haec sejuncta a contractu, in quo sunt. Gateron DD. haec pacta veleretur, alterum vestimentum afflentia legis, alterum coharentis contractus: quippe qui nuda ea pacta sola appellant, que efficaciam obligandi non habent, & in terminis iure gentium manferunt. Quod est ratione non caret, tamen veteres omnem conventionem extra contractum non aliò nomine, quam nudi paci simpliciter appellare solent, etiam quæ obligandi efficacitatem habet, l. 6. l. 7. §. 1. de pāt. l. 1. l. 13. C. eod. l. 1. etiam 30. de usor. l. 1. 12. C. eod. l. 6. C. de jur. dot. Ufū jam pridem receptum effi confat, ut etiam ex nudo & simplici pacto actio detur, ita ut pacti nunc evadit vis sit, que stipulacionis. Tantum meminerimus, distinguendas iure promissiones ferias, meditatas & utilles, ab inconfidatis, temerariis atque inutilibus, cum quis non dispositivè, ut loquuntur, nec fieri, sed vel narrativè, vel per jocum & aliud agens aliquid pronuntiat, ut ex ilis tantum, non ex his obligatio & actio nascatur. Et hoc etiam jure Canonico latius exprefit causum est. l. 1. & p. 1. 2. de pāt. & videtur, plene que etiam alia ad simplicitatem juris gentium hodie redacta Consensus vir eruditio minimè vulgaris prædictus existimat, ne jure quidem gentium ex nuda conventione obligationem oriri, lib. 5. comm. c. 1. sed ei occurritur à D. Grot. lib. 2. de jur. belli & pac. c. 11.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

Dig. Lib. 12. Tit. 1. Lib. 13. Tit. 6. & 7. Lib. 16. Tit. 3. C. Lib. 4. Tit. 1. 23. 24. 34.

Continuatio. Quando obligatio dicatur contrahit? & quæ obligationes huc pertineant?

Hoc titulo exponitur prima species obligationum, quæ non ex solo contractu, sed etiam ex generaliter, quid sit contractus, aut quid sit propriæ hujus verbæ significatio, sed quid prætor vero significet, cum hac tria finitima significations in editio conjunct, scilicet, contractum, gestum. Nam ut hanc singula per se posita & via generalia sint, appareat, Labœnonam ea non ex propria significacione, sed ex sententia prætoris illa coniungentis distinguendo ad certas species referre, verbiisque contractus ad eas species traducere contractum, quæ mutuum obligationem paudent. Nos vero hoc certo tenebimus, substantia

præter contractum, rei interventum ad perfectionem sui requirunt; quæ obligationes ob id contrahit dicuntur. Quid sit re obligacionem contrahit, nulla certa definitione, sed exemplis ostenditur. Reclitus fecissent Compositores, si

primum commoda aliqua definitione rem declararent, ac tum singulas enumerarent species: nam utrumque ad genus pertinet & species ejus generis cognoscendas est necessarium. Nunc & insufficiens videtur enumeratio specierum, & difficultis est omnifariam investigatorem. Potest autem hæc obligatio sic describi. Obligatio re contrahitur, cum datum aliquod aut factum ad consumum accedens obligationem inducit. Rem enim hic generaliter accipimus, ut & facta comprehendat. Neque vero obligations illæ totæ habeantur, que ex contractibus nominatis, qui hic memorantur, mutuo, commodato, deposito, pignore, nascuntur; sed etiam quæ ex contractibus innominatis: ex quibus omnibus obligatiōnēs non nasci conflat, nisi datum aliquod aut factum ad conventionem accederit. l. 1. §. 2. de r. perm. l. 2. c. 10. l. 7. §. 2. de pat. l. 1. §. 2. de pat. de præf. verb. sicut permissum est Paulus in d. l. 1. §. 2. de r. perm. hac nota permissum distinguunt ab iis contractibus, qui hinc contentū perficiuntur, quod in permutatione res tradita demum initium obligations præberet. Videri tamen possunt veteres propriè & in specie tunc obligationem re contrahīxisse, cum res traditæ vel in genere vel in specie reddenda esset: id quoque solummodo quatuor illos hujus generis contractus nominatos, quorum id proprium est, mutuum, quod id agitur, ut res eidem generis, commodato, depositum, pignus, quibus agitur, ut eadem species restituatur, huc reculuisse. l. 1. §. 2. cum d. 4. seqq. de ob. & a. quod & Justinianus fecerit. Conventio restituendi titulus & nomine contractus inclusa est.

TEXTUS.

De mutuo,

Re contrahitur obligatio, veluti mutuazione. Mutui autem datus in iis rebus consiftit, quæ pondere, numero, mensuram, confiant; veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ore, argento, auro, quas res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, ut accipientum fiant. Et quoniam nobis non eadem res, sed alia ejusdem naturæ & qualitatæ redundunt, inde etiam mutuorum appellatum est: quia ita à me tibi datur, ut ex me tuum fiat; & ex eo contractu nascitur actio, que vocatur certi conditio.

NOTE.

Re contrahitur] Ex Gajoi. l. 1. de ob. & a. Re contrahi obligatio dicitur, cum datum aliqua aut factum ad contentum accedens obligationem inducit, l. 2. §. 3. de reb. cred. l. 1. §. 2. de r. perm. l. 5. §. 2. & seqg. l. 8. in fin. de præf. verb. & propriè, cum res tradita vel in genere, ut in

mutuo, vel in specie, ut in commodato, deposito, pignore, reddenda est.

Pondere, numero, &c.] Quoniam haec res ita comparent, ut alia aliarum vice fungantur, & mutuo tantumdem praefiant; quod non item contingit in aliis: quibus ideo in creditum ne non possumus, quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest, l. 1. §. 1. de reb. cred.

Certi conditio] Mutuum contractus est possumus, cum solidum obligans, qui mutuum accipit, ac proinde una tantum hinc nascitur actio, que appellatur certi conditio. Si stipulatio numeratione adiecta, non ex numeratione, sed ex stipulatione nascitur, l. 6. & seqg. 7. de novis. ejusdem tamen nature actio est, idemque nomen obtinet, inf. tit. prox. in pr. l. 9. §. 1. de reb. cred.

COMMENTARIUS.

- 1 Definitio mutui, ejusque definitionis per partes explicatio.
- 2 Materia mutui, & panes ad numerum mutuo redditus datur?
- 3 Cur mutui datus dumtaxat consistat in rebus consumptilibus?
- 4 Emendationem D. Salmasii in l. 2. §. 2. de reb. cred. non videri necessarium.
- 5 Forma hujus contractus propria.
- 6 Singularia quæ hic recepta.
- 7 Fines & effusus, cum consequentia.
- 8 Debitorem non prohiberi eandem rem, quam accipit, in spece reddere.
- 9 Commodum affirmatiois aucta & incommodum diminuta ad creditore pertinere.
- 10 In affirmatiois invenienda, si debitor in eam commandat, cuius temporis aut loci ratio habeatur?
- 11 Speciale esse, quod nummi mutuo accepti etiam in alia forma & materia redditi possunt.
- 12 Actio aut diminuto numerorum valore, ei reddi oportere ea affirmatio, quæ est, cum colvuntur, secundum comm.
- 13 Ese quidem de natura mutui, ut eadem levitate res reddantur, de substantia non est.
- 14 Eymon mutui.
- 15 Duplexne sit, an una generalis certi conditio?

M Utuū est contractus, quo res, que pondere, numero, mensura constant, alii mandant, ut ejus fiant ex lege, ut is quandoque reponcent creditori tantumdem ex eodem genere reddat. Confituitur mutuum non pot ac nudo contentu, fed rem intervenientem ac tradi eportet, puta pecuniam numerari, &c. quod Paulus sic exprefit, mutuum non pot, s. eff. nisi pecunia preficitur. l. 2. §. 3. de reb. cred. Atque in tantum his obtinet, ut nec ultra quam datum est obligatio contrahiri proficit, velut si tibi dederim decem, undecim reddas, non amplius quam decem concedi poteritis. l. 1. §. 1. ed. tit. l. 5. tit. 17. de pat. Quod si simpliciter conveniret ut

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

663

tibi certam pecuniam summam mutuo darem, haec conventio mutuum non est, sed nuda pactio, nec nomen, nec *swāwāy*, habens, ac proinde nec eum, qui te daturum promisit, extra stipulacionem jure civili obligat, per *utileg*. Planè tamen apud aliquem jam sit, verbi gratia ex causa depositi, potest ea nuda voluntate transferri, & converti in causam mutui fictione brevis manus, l. 9. §. 3. de reb. cred. In hoc igitur cautam efficiunt & simul rei gerendæ formam communem cernere licet. Illud norandum, mutuum non semper accipi pro ipso contractu, sed sepe etiam pro re mutuo data: quod etiam accedit deposito, commodato, pignori.

Quæpondere, numero, mensura] Materia mutui sunt res, quæ pondere, numero, mensura constanter est, quæ ex certo pondere, numero, mensura estimantur, & hoc modo sunt in commercio, ut vinum, oleum, frumentum, pecunia numerata. 2 Non autem res omnes, quæ appendi, numerari, &c. possunt aliqui nihil ferre effici, in quo mutuum non contineantur. Aliud scilicet est, pondus numerum mensuram habere: aliud, ex pondere, &c. confare. Gioffia in l. 1. §. 1. de reb. cred. negar, panes ad numerum mutuo dari posse, quod alii contra similes assertant, fed recte Bart. in d. 7. 2. §. 1. sic distinguendam constet, ut si panes limitata in civitate quantitatem habeant, id est, definitum pondus, possit in his mutuū contineatur ad numerosum seu minus, non nisi ad pondus. Ideo autem in his rebus dumtaxat mutui datio constituit, quoniam earum datione possumus in creditum ire, ex quo fundimur eamdem in genere, recipiunt per solutionem, quam in specie; id est quoniam haec res natura ita comparent, ut alia aliarum vice fungantur, ita ut ex ejusdem generis soluta non aliud fed idem, quo creditum est, videatur redditum: quod fecit et in easteris rebus Nullæ enim altera res tam sua equalis estimantur, ut in uno genere soluta, alia aliarum vice fungantur, & mutuo tantumdem prebeat: id quoque si non eadem res, que accepti est, fed alia ejusdem generis redderetur, aliud pro alio folvetur, quod non licet invito creditore. Ad hanc modum disputat Paulini. d. l. 2. §. 1. de reb. cred. Doctilimus Salmasius lib. de uir. c. 1. textum emendat, & pro functionis recipienti, reponit, *sufficiētum recipiunt*; ne bis idem dici videatur, cum idem sit, ut alii, soluta, quo functio. In quo viro clarissimo assentiri non possum. Primum quia functionis verbum latius patet quam solutionis, & ad omnia referuntur, que vice mutua tantumdem praefiant, aut quorum alterius alterius vicem explent; veluti cum pignoribus fungi dicuntur in vicem satisfactionis, l. 7. de pat. p. p. vel vox deditione fungi, liber homo; 7. §. 1. adleg. Aquil. §. 2. Inst. de max. aff. Deinde quia Jurisdictio ita ut ibi loquitur, logi non potuit, nisi & quod acceptum in specie redditur, recte dicatur suffici. Sed in his non sunt posite opes Graecie. Forma hujus contractus propria consistit in ipsa mutui datione,

sive dominii rerum in accipientem translatione. Idque adeo mutui proprium est creditum est, ut eius nomen ab eo acciperit. Quod si de mortuorum fuit, d. l. 2. §. 2. de reb. cred. Ex hoc autem intelligimus, & eum, qui credit, dominum esse oportere, & eo animo rem tradi accipere, ut si accipit dominus fiat, d. l. 2. §. 1. in omnibus. 5. l. de ob. & a. junct. l. §. 2. de reb. cred. Enimvero si debitorem meum iussero tibi dare pecuniam, aut si inter nos conveniret, ut pecuniam ex mandati causa debitanum crediti nomine retineas, obligaberis mihi, quamvis meos nummos non acciperis. Item si lancem tibi vendendam dederim, ut nummis uteris, perinde mihi obligaberis, ac si vendidissent ipse, pretiumque tibi tradidissent. Admissa enim est in his omnibus fictio brevis manus. Autore Ulpiano in l. 11. & l. 15. de reb. cred. Quoniamque difficillim videatur Africanus in l. qui negotia, 34. mand. vid. Cuicac. tract. 8. ad Africam. Illud quoque utilitas causa receptum, ut si v. c. nummi alieni crediti fuerint, iis bona fide consumptis mutuum continetur, & conditio non nascatur: & generaliter, ut quod numeranti, præstas pecunias translatis, hoc ea ab initio non translati, præstas consumptio, l. 1. in fin. & l. 2. II. seqg. l. 19. §. 1. de reb. cred. l. 17. de solut. Finis 7. est, ut si qui rem mutuo accipit, pro commido fusa ea uti, eamque consumere possit, atque ut aliquid post rem ex eodem genere, & tantumdem (quo ex ea bona quoque intelligimus) creditori reddat, d. l. 2. in pr. de reb. cred. l. 1. §. 2. de ob. & a. quod ipsum natum obligationis mutui continetur, licet de eo nihil nominatum conveniret, l. 3. de reb. cred. Ad effectum quod attinet, translati rei mutuo data dominum in debitorum cum obligatione restituendi rem ejusdem generis. Unde est, quod res, quæ mutuo accepti, interius non liberatur, l. 2. hor. tit. l. 1. §. 4. de ob. & a. ministrum dupliciti de causa tuis quia regulare est, ut res pereat suo domino, l. 9. C. de pign. ali. cum ita mutui debitor, generis debitor est; genus autem nunquam perit, l. 1. C. §. 2. cert. per. Creditori hoc nomine acquiritur actio, que vocatur certi conditio, hoc text. in fin.

Numerando, metiendo, &c.] Quod si v. c. obligante dentur eundemmodo: naturam cuique corporis imitantur, & tum depositum est.

Ut accipientium fiant] Quae res mutuo dantur, in hoc dantur, ut accipientur fiant, l. 1. §. 2. de ob. & a. l. 2. de reb. cred. Cujus rei ratio est, quia nisi ea lege darentur, ne uti quidem illis licet, quoniam uti earum fine consumptione plane nullus est.

Non eadem res] In mutuo non hoc agitur, ut res eadem numero, qua data est, reddatur, sicuti in commodato, deposito, pignore, fed alia ejusdem generis: seu, ut veteres loquuntur, mutuum damus non recepturi eamdem speciem, sed idem genus, d. l. 2. de reb. cred. aliqui ex causa mutui nulla fieret alienatio. Secundum quod Ulpianus respondet, non alienari nummos, qui sic dantur, ut restituantur, l. qui sic. §. 5. de solut. Quod tamen

non eo pertinet, ut non licet debitori eamdem speciem, quae accepta est, si forte ea usus non fit creditori restituere, aque eo modo se liberare, qualis hoc sit contra conventionem, ut putabat Azo: nam totum horum foliis debitora gratia causum intelligitur, ut scilicet ille re mutua utatur, si velit: sicut autem usus non sit, nihil prohibetur quominus eamdem reddat, dum reddat non detinorem: sic enim vel maximè res ejusdem generis eiusdemque bonitatis redditur, quod solum huius contractus obligatio exigit, Joan. Bart. in 4. l. 1. n. 9. Zal. n. 9. Don. n. 5. Porro dum res redditur eisdem generis, eamdemque bonitate, idque suo loco ac tempore, alias ante item contestatam; quantcumque sit praefixa estimatio, debitor liberatur, ita ut estimatio praecedentis temporis in questionem non veniat, sed & aucte commodum & incommodum deminute pertineat ad creditorem, per l. vii. 21. de rob. cred. quippe estimatio extra rem est, magisque prolixiter ex rerum copia aut insopia, quam bonitate Don. ad. d. l. 3. n. 5. & seq. At enim estimatio, quia accepti, reddit; tantum enim reddere eum, quiam accepti, quod ad solutionem mutui sit fatis. Itaque secundum horum sententiam, si 100. aurei mutuo dati sint, cum aureus valebat alios 50. reddantur autem, cum singuli valent alios 55. debitor reddens creditori aureos 90 aut in singulis aureos 50. aless., reddit quantum accepti, liberatur; & vicecivis si immutata sit: eundem modum aureorum estimatio, non liberauti, nisi debet aureos 110. aut in singulis aureos alios 55. Bartolus verò in l. Paulis 10. de solut. Bald. in l. res in dōrem. 24. de juro. Cafr. in lib. 3. de rob. cred. & D. COMM. ut videt eum apud Boer. dec. 327. contra censem, spectandum esse in proprio tempore solutionis, id est, aucto vel diminuto nummorum valore, ea estimatio reddi oportere, non que tunc fuit, cum debantur, sed que nunc est, cum solvuntur, neque aliud statu possit fine creditoris aut debitoris injuria. Quia sententia, ut mihi videtur, & verius & sequitur est: Nam quod contrarie sententiae auctores unicus arguit, in nummis non materia, sed foliis estimatio impotuisse atque externe, quam ab illo vulgo extrinsecus nummi bonitate vocant, rationem duci, nummumque nihil aliud esse, quam quod publice valeret, vereor, ut simplicer verum sit. Utique enim materia nummatis fundamentum est & causa valoris; quippe qui varietur pro diversitate materiae: oportetque valorem hunc iusta aliqua proportione materiae respondere; neque in bene constituta rep. numero est estimatio imponi debet, que practicum materiae ex qua cuditur, supererit, aut supererit ultra modum expensarum, que in signanda pecunia sunt; quod ad singularium specierum valorem parum addere potest. Vid. Covar. de vob. coll. m. 1. cap. 7. num. 7. Sed hoc ad actus & prætationes privatorum non pertinet. Illud pertinet, quod si dicimus, creditis nummis nihil praet estimationem eorum creditum intelligi, necessario sequitur, creditore teneri in alia forma aut materia nummos accipere, contra definitionem Pauli in l. 6. de solut. etiamiam dampnum ex eo passurus sit: nam, qui recipit, quod creditis, nihil habet, quod conqueratur. Sequitur & hoc, si contingat mutari nummorum bonitatem intrinsecam, id est, si valore veteri retento percutiantur novi nummi ex deteriore materia, quam ex

qua eis, qui dati sunt, puta si qui dati sunt, cuius haerent ex puro auro, postea illi ferantur ex auro minus puro & mixto ex ore, debitorum restituendo tot mixtos & contaminatos, quod illi putos accepti, liberari cum insigni injurya creditoris: & contra interpp. pene omnium doctrinam, qui hoc eau solutionem faciendam esse flatuant ad valorem intrinsecum monete, qui currebant tempore contractus, testibus Gail. 2. ob. 72. n. 6. & 7. Borcholt. ad ferd. ad cap. un. qua just regal. num. 62. Illud enim maximè in hac disputatione considerandum est, quoniam his finis numeri principialis est, ut servias rebus necessariis comprehendatis, auctore Aristotele. 1. Polit. 6. quod mutatae nummi bonitate five extrinsecus five intrinsecus, pretia rerum omnium mutentur, & pro modo aucta aut immutante bonitatis nummorum crescant aut decrecent: quod ipso docet experientia; eoque facit l. 1. C. de vob. num. pot. lib. 11. Crecent res pretia, si deteriora materia elepha aut manente eadem materia, valor auctus sit: decrescit electu materia melioris, & si eadem bonitate manente valor immutatus fuerit. Fallitur enim imperium vulgus, dum sibi persuaderet, ex augmento valoris aurei aliquid fibi lucri accederet. Hoc autem fundamento posito, siquidem neutri contrahentrum injuriam fieri volumus, ita definendum videatur, ut si bonitas monetis intrinseca mutata sit, tempus contractus, si extrinseca, id est, valor impotitus, tempus solutionis in solutione facienda spectari debeat. Atque ita sapissime judicatur est. Boer. dec. 327. Ann. Robert. lib. 1. rev. jnd. c. n. 1. Mynf. 4. ob. 1. Gail. 2. ob. num. 6. & seqq. Borcholt. ad d. cap. qua just regal. num. 5. & seqq. Chiristin. vol. 3. dec. 1. num. 2. D. Jac. Coren. dec. 1. cap. sup. Holl. 23.

13. Evidem nature & qualitatis. Id est, ejusdem generis & eadem bonitate Linc. c. 6. vers. 3. & Borcholt. in 20. & 21. lib. 1. Atque horum alterum res ejusdem generis reddantur, mutuo essentiale est, l. 1. de rob. cred. præterea, ut eadem bonaitate, neutra eadem mutu connatur, sed de substantia five substantia mutui non est, l. 3. eos. Itaque prius patet mutari non potest, quin in aliis contractibus res abeant. Nam si hoc actum, v. c. ut pro olio vitium, aut frumentum pro vino reddetur, non mutuum, sed permutatio est, l. 1. C. de rer. perm. five contractus. Do ut des, l. 1. s. 1. de praef. verb. Posterior potest valo manente mutuo, ad cuius substantiam hoc solum requiriatur, ut debetur idem genus, d. l. 1. arg. d. l. 3. junct. l. 1. s. 4. Quia in contractibus sunt substantia, que natura, que accidentia, ex communis sententia tradit Gab. Mudeux trad. de contr. emp. part. 5. n. 13. & seqq. Phil. Matth. ad l. 17. de reg. jur. Bellon. 1. suppos. c. 5.

14. Ut ex meo tuum fiat. Bella haec Jurisconsulti d. l. 2. s. 1. auctio est: non vera hujus verbis originatio, quod Varro lib. 4. de Ling. Lat. à voce S. cula agere deducit: Si datur, inquit, quod redatur, mutuum est, quod sicut usum. Sed & hoc Vinnius in Insistit.

concludere debet, qui miti legata, ut actio spe-
ciam future litis demonstrat, arg. i. 3. C. de edend.
Zal ad l. 3 de reb. n. 9. seq. Don. ibid. n. 4.
& seq. Gred. de contr. stipulat. c. i. conclusion. 2.
VINN. Recit quidem dicitur conditionem certi
esse actionem generalem, que ex omnibus causis,
unde certum debetur, competit. Sed tamen cum
mutuum sit contractus nominatus, cuius natura
est, ut actionem producat cognominem; genui-
nationis actionis ex hoc contractu nascit enim
est. actio mutui. i. 5. C. quib. non oblige. long. temp.
prefer. quemadmodum ex stipulatione actio ex
stipulatis, quamvis illa ab obligatione qualitate
conditione certa, haec modo certa, modo incerta
cognominetur. HEIN.

TEXTUS.

De indebito soluto.

1. Is quoque, qui non debitum accepit
ab eo, qui per errorem solvit, re obligatur;
daturque agenti contra eum propter repeti-
tionem conditionis actio. Nam perinde ei
condici potest, si appetet, cum dare oportere,
ac si mutuum accepisset. Unde pupillus,
si ei sine tutoris auctoritate indebitum per
errorem datum est, non tenetur indebitum
conditione, non magis quam mutui datione.
Sed haec species obligationis non videtur
ex contractu consilere, cum is, qui solven-
di animo dat, magis voluntari negotium dis-
trahere, quam contrahere.

NOTE.

1. Per errorem.] Recit per errorem; nam qui
sciens fe non debere solvit, non repetit. l. 1. §. 1.
l. 2. §. 3. de cond. ind. propterea quod donatio
confiterit, l. 5. de reg. iur. Errorem an factu dimi-
taxat intelligere debeamus, an etiam juris, v.
inf. de obl. que que ex contr. §. 6.

Ac si mutuum accepisset.] Quod Gajus sic ex-
pedit, adem actions officia, sua debitoris cre-
ditori. l. 5. §. 3. de obl. & att. Unde Cujac. 8.
obl. §. 34. & par. C. de cond. solutionem indebiti
factam in iis, que pondere, numero, &c. con-
stant, promutuum vocat. Quod si alia res solvan-
tur, quibus in creditum non iur, promutum
non est: & agendum sola conditione indebiti.
Non videtur ex contractu.] Vid. inf. de obl. que
quaf. ex contr. §. 6.

COMMENTARIUS.

Per actionem disputationis de mutuo subjec-
tum hic aliquid de indebito per errorem soluto,
ut ex textu apparuit. Habet enim soluto in-
debita multa cum mutui datione communia, que
concessit Cujacius 8. obser. 34. Dico hic referun-
tur, ut statim videbimus. Ceteroquin non est ha-

jus loci proprium tractare de obligatione ejus,
qui indebitum pecuniam quasi a debitore acceptit;
quippe quo obligatus non est ex vero contracta,
sed quasi ex contracta oritur, ut demonstrabitur
suo loco. Planè si quis dubitas nominatum has
legi folverit, ut si posita apparet esse indebi-
tum, redderetur, hoc causa magis est, ut ex vero
contractu accepens obligaret.

Re obligatur.] Requiritur enim ad hanc obli-
gationem producentur, ut quid soluto sit, fave-
naturaliter datum & præsumtum solutionis causa,
tanquam debitus.

Conditionis actio.] Id est, conditionis indebitum.
Actio enim conditionis idem valet, quod condi-
cio, l. 5. §. 24. de reb. cred. l. 7. de cond. ca-
dat. §. 24. & seq. inf. de act.

Perinde ac si mutuum.] Prima convenientia in-
debiti soluto cum mutuo ex duabus, quarum hic
fit mentio. Sic Gajus in l. 5. §. 3. de obl. & att. scri-
bit, cum, qui non debitor accepit, eadem actione
teneri, qua debitoris creditoribus; ubi ei debitorum
& creditorum nomen fratrebat ac mutui dum-
taxat causam refertur. Enim vero & qui indebi-
tum accepit, & qui mutuum, tenetur quidem
eadem actione, quod attinet ad idem actions
genus: uterque enim tenetur conditione certa: ca-
terum pro causa petendi diversitate sunt etiam
haec diversa species conditionis certa, conditione in-
mutuo, & conditione indebiti: differunt enim mu-
tuum & solutio indebiti ratione objecti; siquidem
mutuum earum tantum rerum est, quae pose-
dere, numero, mensura consistunt: solvi autem
per errorem debito etiam quavis alla pol-
& soluta condic, quibus in creditum nota-
tur. Quamobrem non fatigat causa video, cur solu-
tione indebiti promutuum Cujac. vocet.

Unde pupillus, &c. Altera indebiti soluto
cum mutuo similido. Ut pupillus mutuum pecu-
niam sine tutoris auctoritate accipiendo non
obligatur, l. 5. §. 3. de obl. att. ita nec accipiendo
pecuniam indebitum, nisi solutio factus sit
locupletior, l. 5. §. 3. de cond. ind. quod gene-
rale est, l. 5. de ann. ius. l. 4. & 4. de obl. ext.
Non videtur ex contractu.] Ideoque melius in
Gajo colloquio in earum classe, que quaf ex
contractu nascuntur, l. 5. §. 3. de obl. & att. Sed &
a Justiniano ob haec causa infra in eodem
ordine reperita est, tit. 28. knjinst. ubi non etiam
accuratus de ea disputamus.

TEXTUS.

De commodato.

2. Item is, cui res aliqua utenda datur,
id est, commodatur, re obligatur, & ten-
etur commodati actione. Sed is ab eo, qui
mutuum accepit, longe distat: namque non
ita res datur, ut ejus sit; & ob id de ea re
ipsa restituenda teneatur: Et is quidem, qui
mutuum accepit, si quolibet fortuito casu

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

667

- amiserit, quod accepit, voluti incendio, rui-
na, naufragio, aut larorum hostium invasio-
rum an periculi nomine semper casus venias:
5. Inter casus fortuitos non numerari, qui cum
culpa conjuncte esse solent; & qui ipsi casus:
6. Quibus ex casuis esset regula de casibus fortuitis
non praefandi:
7. Culpa quid & quoruplex: plenius quam vulgo.
8. Quid culpa late, que & dolo proxima?
10. Quid levissima ubi ut alia minus trita.
11. Latam culpam non minus, quam dolum, in
omnibus contrahitis prefari, rejecta Zas-
distinzione.
12. Qui contractus dolum dumtaxat recipiant
qui vero & culpam? Tam in quibus negotiis
etiam officiis debitor culpam praefat, &
diligentiam?
13. Positivis, exactis, diligens, sive pro superlati-
vis, exactissimis, diligentissimis, in hac
disputatione ponit, & contra.
14. Quam culpam praefat commodatarius?
15. Quando culpa & commodatio absit intelli-
gatur?
16. Commodatum proprium nullum nisi gratuitum.

NOTA.

2. Item is, cui res, &c. 1. Ex Gajo l. 1. §. 1.
de obl. & att.

Re ipsa restituenda.] Quoniam qui commodato
dat, rei proprietatem retinet, l. 8. & 9. commod.
qui mutuo, rem facti accepti.

Qui minimum accepit, si fortuitocasus, &c. Tum
qua res regulariter perit suo domino, l. 9. C. de
pign. att. tum quia mutui debitor, generis debi-
tor est, perire non potest, l. 11. C. si cert.
per. nam genus non est quid materiae, sed utis tantum accepti
ad tempus conceditur salva rei substantia & non
tantum proprietatem rei commodata, sed etiam
possessionem retinemus, l. 8. ff. b. t. Ex quo in-
telligimus id quod uero consumutur, commodari
non posse, nisi forte dicis causa ad pompan vel
offentationem, l. 3. §. ult. l. 4. commod. Quam-
quam auditors aliquando etiam in istiusmodi re-
bus ex verbis utinantur, pro mutuo dare scilicet.
Cicer. Verrius, §. commodatis strictis modis se-
zaxina. Ut & mutuari pro commodato accipere,
D. Salmas. cap. 7. de usfr. Deinde etiam hoc, com-
modatarium eam ipsum rem, quam accepit, fini-
to aucta restituere debet. Adiecinus gratia, quia
nisi gratuito res utenda concedatur, commoda-
tum non est, sed aliud genus contractus, hoc text.
in fin. Denique consulto addimus, certis modo, ut
hac nota commodatum (quod guidam etiam sic
dictum putant, quasi cum modo datum) discernemus
a precario quo quidem & ipsa res uten-
da datur & gratis, sed simpliciter, & ad cer-
tum utrum, cuius rei hic effectus est, ut precarium
statim cum videtur, revocare licet, etiam tunc
cum ad certum tempus datum est, commodatum
non licet, nisi hunc tempore utendi praescripto,
l. 1. l. 2. l. 12. de precar. junc. l. in commodato. l. 7.
§. 3. commod. Et quia precarium nunquam transi-

PPP 2

in necessitatem obligationis, inde est, quod necnulla iure civili eo nomine actus est, sed interdictum de precastio introductum, l. 14. de precar. l. 14. §. 11. de fuit, quod tamen ceſſat, cum quia de fibi reſtituenda cautum habet, l. 15. §. 3. de precar. & tunc aget precastio dans vel ex stipulatu, si stipulatione fibi ea verit; vel praeceptis verbis, si patto, l. 2. §. 2. l. 19. §. utr. ead. ubi vocatur conditio incerti, quia conducit possifio rei precastio rogata, l. 15. l. 1. exceptio. nem. 40. §. 1. de condit. in dabo. Planè ipso commodityarius quovis tempore rem reddere potest: quippe cui licet non uti, & beneficio renunciare.

Re obligatur] Commodare non est convenire de re utenda, danda, quod nudum pacum est, sed utendum dare & tradere; unde fatis intelligitur, si qua hic contrahitur obligatio, eam non solo conſensu contrahit, sed re, l. 1. §. 3. de ob. & ad.

Commodati actione] Directa feliciter. Poteſt enim ex hoc contractu etiam commodityarius actio queri adverſus commodityandum, qui contraria dicta, ſicut in deposito quoque & pignore uſu venit, item in mandato, & negotiorum gefis, & tutela; de quibus inſi. ſuſ locis. Nimirum quod hic notandum eſt, contrachrum quidam iuntur, qui ex uno tantum latere obligant: quidam dicitur, qui ultra citrore; quidam media inter haec genera nature, ex quibus nec ſemper unus, nec temper uertere obligatur, quamvis & hi inter dicitur numerentur, ſup. tit. de aut. tue, in princ. Primi generis ſunt mutuum & stipulatum, quorum ea natura eſt, ut & ab initio ex uno tantum latere obligant eum ſelicit, qui accepit auct promiſit, ne ex poſtafacto conditionem mutent. Secundi generis ſunt emptio, locatio, fo- cietas; ex quibus statim natura nascitur obligatio. Etiquis in his pars utriuſque contrahitis in obligatione conſtituenda ratio. Intermedii generis ſunt commodityandum, depositum, pignus: qui contraftus natura comparari ſunt ad unum dumtaxat obligandum, eum qui accepit videlicet; ut lique ex fine principali contrahent: neque ab initio dantem idem obligant: fed fit tamen in hiſ ſepe ex poſtafacto & accidenti, ut contra ille quoque qui dedit accepit obligetur, veluti ſi accepient in rem acceptam neceſſariam impenſas fecerit, aut per cauam rei dannum paſſus fit, quas impenſas refundi dannumque ei faciri ſequuntur, l. in commodity 17. §. 3. in rebus. 18. §. 2. l. pen. commod. l. ſi ſervus. 21. de pign. adl. l. 5. depoſ. Atque hinc actiones, quibus commodityarius, depositarius, creditor pignorarius tenentur, ut feliciter rem quam accepertur reſtruunt, nomen diſcretorum accepunt: que verbo con- trario ipſis accommodantur, ad indemnitate eorum adulterius commodityandum, deponeſtum, debito- rem, contraria dicta ſunt. Unde tit. commodityandum vel contra, depoſitum vel contra; &c. Idem quoque uſu venit in mandato & quafi contraftus man- dam ſimilium, negotiorum voluntaria administra- tionē, & tutela, l. 5. pr. & §. 1. de ob. & ad. con- trarie actiones præter pecuniarium condemnatio-

nem ejus, quod agenti abeft nihil habent: quoniam in his de perditis non agitur, sed tantum de indemnitate actoris; unde nec in litem in his juratur, nec dannatus ex cula ſuſ cauā fit infamia, l. 5. depoſ. l. 5. in fin. de hi qui norant. infam. §. pen. inſr. de pon. camera litigans. VNN. Singulare quid obſervatur in actione mandati contra-ria, ex qua dannatus mandans fit infamia eo cauā, ſi quis mandante illo fidejuſit, & tamen indemnitatē preſtare voleat, l. 6. §. 1. ff. de hi qui non, infamia. HEIN.

Ab eo qui mutuum accepit] Notantur ex Gajo,

l. 1. §. 1. ob. & ad. duas differentes intermutuum & commodityandum. Quarum prima eſt quod is qui mutuum dat, rem facit accepit; & verò qui dat commodity, proprietatem rei retinet, l. 8. & ſeq. commod. cui proinde eadem re in ſpecie fieri eadem eodem numero finito uero reſtruenda fit. Altera, quod is qui mutuum accepit, foruita amitione ejus, quod accepit, non liberetur, cuius rei ratio sub pign. hujus tit. indicata eſt; commodityarius vel libereor, ſi res ſine facto ejus perierit, exemplo catorum debitorum, qui ipſiem aliquam debent, l. 5. de reb. cred. l. ſi ex legati. 23. de verb. ob.

Sane quidam exactam diligunt] Si res aliena vel aliis debitis perempta, deperte, aut deteriores apud nos facta fuerint, & queritur, non in commodity tantum, ſed in omnibus ſe- contraftibus & negotiis ad cuius id dannum pertinet. Quetlio diffusa & perquam difficultis, cuius ſoles in it. eſt l. contraftus. 23. de reg. l. 5. §. 2. commod. In Imitu huius potiſtim loco tractatur. De eo inter omnes conve- nit, alius in proposito ſtatendum eſt, ſi dolo malo, aliud ſi culpa debitoris, aliud ſi cauā fortuito quid eorum, que diximus, contingit. De dolo & cauā facili preceptio eſt, culpi difficultis explicatio. Dolis eſt occulta machi- natio conſuſto ad nocendum alteri adiutoria, l. 1. §. 1. de dol. malo. Eum omnes contractus recipiunt five, quod idem valit, in omni contrafto dolus preſtator, d. l. 5. §. commod. l. d. 23. de reg. jar. Cuius definitio, hac lenientia eſt. Quicquid quovis in contrafto dolo malo factum eſt ad debitorum, quo res periret, deterior fieret, aut deperderetur, detrimentum eſt debitorum, perindeque eum teneri, ſi nihil eorum accidit. Adco autem in omni juriſdictio dolus preſtator, ut nec conventione contraria ſeffi poſſit, vi- delice ne dolus preſtator, cum taliſ conventione fit contra bonos mores, inviteretur ad delinquen- tum, d. l. 23. de reg. jar. l. 1. §. illud. 7. depoſ. l. 5. ſuſ. 27. §. 3. & 4. de pign. Planè de praterito dolo pacifici licet, & actionem quaſitam remittet. l. 7. §. ſ pacificat. 14. d. 2. 7. §. 4. de pign. Caufa fortuiti contraria definitio eſt: nam ut ab omnibus & in omnibus iudicis preſtator, ita contra cauā fortuiti nullo iudicio & à nemine preſtari dicuntur d. l. 23. de reg. jar. in fin. l. 6. C. de pign. adl. ubi verba illa, in nullo baſiſi iudicio, adiecta non ſunt ad excludenda iudicia ſtricti juris, per l. 23. de verb. ob. l. 5. de

